

## Glosa ordinaria incipit.

**O**mnes divinos libros legimus in tanta multitudine verborum intellectuum quod de paucis verbis erunt. et sanitate catholice fidei munimus. potissimum id diligamus: quod certum apparuerit esse sensisse quem legimus. Si autem hoc later: id certe quod circumstantia scripturę non impedit: et cum sana fide concordat. Si autem scripturę circumstantia tractari et discuti non potest saltim id solū. quod fides exigit sana vel prescribit. Aliud est enim quid potissimum scriptor: senserit non dinoscere: aliud a pietatis regula errare. si utrumque vitet: perfecte se habet fructus legentis. Si vero utrumque vitari non potest: etiam si voluntas scriptoris incerta sit: sane fidei congruam non inutile est eruisse sententiam.

**A**ug. In rebus obscuris atque a nostris oculis remotissimis. si qua in scriptura etiam divina legimus. que possunt salva fide alijs parere sententijs. in nullā earum nos precipiti affirmatōe ita precipiamus: ut si forte diligentius explorata veritas eam labefactauerit. corruam. non pro sententia divinarum scripturarum. sed pro nostra divinitates: ita ut eas velimus scripturarum esse. que nostra est: cum potius eam quam scripturarum esse. nosram esse velle debeamus.

**P**otest autem que hec scriptura ita allegoricis verbis textit ut allegoricū sensū contineat: et historicā fidem rerum gestarum non amittat. Dicitur autem genesis a suo principio. secundum morem hebreorum. qui ex principijs maxime nomina libris imponunt: sicut matheus evangelicā suā historicā librum generationis appellat. Cum multa utraque scriptura in se quęritibus pertineat: in quibus nulla generationis mentio fiat. Introducit quippe hec historia primū hominem futurū formā. utpote de terra virgine conditū: per quem generandi terreni erant in vitā transitoria. sicut euāgelium secundum novū hominem inducit de matre virgine genitū: qui filios generaret in vitā eternam. In hac ergo scriptura figure sunt futurorum. In euāgelio vero manifestatōe cōpleto.

**L**iber iste more hebreorum a principio generis appellatur: quod in eo de celi et terre generatōe agit: licet alia multa sequatur. sicut euāgelium mathei liber generationis hiesu christi. In ducit enim moyses primū hominē formā futurū. de terra virgine conditū: qui generaret terrenos in vitā transitoria. sic et euāgelium secundū hominē scilicet christū de matre virgine genitū: qui generaret celestes in vitā eternā. Hic ergo figura in euāgelio veritas.

**H**ieronymus. In principio d. c. et t. Plerique autem mant. sicut tertulianus et hylarius in hebreo haberi. In filio fecit deus c. et t. Lxx. vero et symachus et theodotion. In principio trāstulerūt. Et in hebreo dicitur ē brevis quod aquila interpretat in capitulo. Magis igitur secundum sensum quę secundum verbi trāstulōne de christo accipi potest qui in ipsa fronte geneleos (que caput omniū librorum est) et in principio iohannis celi et terre conditor approbat. vñ in capite libri scriptū est de me. i. in principio geneleos. In principio scilicet creavit d. c. et t. et in principio iohannis omnia per ipsum facta sunt. Apud hebreos quoque hic liber brevis appellatur: qui voluminibus et librorum principijs nomina imponunt.

**Q**uattuor sunt regle sacre scripturę. i. historia: que res gestas loquit. Allego. in qua aliud ex alio intelligit. Tropologia. i. moralis locutō: in qua de moribus ordinādis tractatur. Anagoge. i. spiritalis intellectus: per quem de sumis et celestibus tractatur ad superiora ducimur. His quattuor quasi quibusdā rotis: tota divina scriptura voluit. verbi gratia. Hierusalē secundum historicā ē civitas. Allegi. ecclesiā significat. Secundū tropologiam. i. moralitatem animā cuiuslibet fidelis: que ad pacē eternam anhelat. Secundum anagogen celestium omnium vitam: qui reuelata facie vident deū.

**D**ivina scriptura aliquando etiam itimatur: ut ē. In principio erat verbum. Aliquando facta narratur: ut cum venerit filius hoīs i. s. m. s. Aliquando que agenda sunt precipiunt. ut diliges proximum t. s. t. i. Et est bipertita divina scriptura. quia

alia sunt que secundum figuram dicuntur: ut ē. audivit adam vocē dñi deambulantis in paradiso. Alia secundum rerum gestarum fidem. ut est quod populus exiens de egypto per mare pedibus ambulavit. Alia sunt que utroque dicta sunt modo. ut est transitus maris rubri: et miracula que dominus minus in euāgelio fecit.

**T**ribus modis significat hec scriptura generatōes seculi esse factā. Aut enim sola voluntate aliquid dicit factum. ut in principio d. c. et t. Aut voluntate simul et voce preceptiva ut fiat lux. Sine deliberativa. ut faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Aut voluntate voce et diffinitione. ut Crescite et multiplicamini et r. t. et germinet terra herbam u. et se. se. zc. Et ea que sola voluntate et voce dicuntur. novitate facta sunt. Que vero per diffinitionē hec sunt similia illis que novitate facta sunt. et hec sunt que post septimum diem usque in finē operatur deus: et ex illa diffinitione proveniunt.

**Q**uidam tria principia posuerunt deū. exemplar. materiā et ea increata: et sine initio. deūque non tanquam creatorē materię. sed quasi artificē: ad exemplar de preexistenti materia mundū fecisse. Alij duo principia putaverunt. Materiā et speciem: et cum his terciū quod operator dicit. Mundūque semper fuisse et futurū esse. His et huiusmodi erroribus obviavit moyses: in vno spiritu. in vno principio temporis. mundū a creatore deo factū narrat. tanta velocitate: ut effectum sensum temporis perveniret. ut videlicet deū cognoscere in initium universorum. eternū intelligere dedit et omnipotentē. et tanta celeritate operis. ut nec dum primū nascētis mundi momentū transactū dicitur: quā mundus creatus dicitur. his verbis: In principio creavit deus celum et terram.

**S**trabo. In principio d. c. et t. Moyses in vno principio temporis a deo creatore mundū factū refert. ut sensum temporis perveniret effectum voluntatis. ut deū sciamus temporis in initium: et ipsum esse in initium omnium. Plato enim tria initia vel principia estimabat. deū. exemplar. et materiā. et ipsa increata sine principio. et deum quasi artificē non creatorē. Aristoteles duo materiā et speciem. et terciū operator dicit. Mundū vero semper esse et fuisse. Contra hec ergo et huiusmodi dicitur. In principio zc.

**A**ug. Sicut paulus per reuelatōem didicit euāgelium ita moyses docente spiritu sancto conditū mundi exordium.

**M**oyses in hoc libro de inferiori mundo. ad instructionem hominis agit. et quia homo preponendus erat mundo visibili. primum regnū paratū describit: postea rectorem inducit. cui serviat plenitudo regni. Dicit ergo: In principio creavit d. c. et t. Celi et terre nomine. quidquid deus fecit simul factū esse materialiter potest intelligi: sed informis. siue spirituale siue corpale sit. Deinde prosequitur quomodo deus singulorum formas fecerit. et operū distinctiones. et quod nondū distincte forme: addit de terra. Terra autē erat ianis et vacua. h. i. s. que ipsa erant. p. c. s. l. r. Et tenebre erant s. f. a. Per abyssū cetera elementa posunt intelligi: que adhuc confusa et incerta erant quas formas essent habitura.

**Q**uattuor modis operatur deus. Primo in verbo. Secundo in materia. unde: Qui vivit in eternū creavit omnia simul. Tercio per opera sex dierum varias distinguit creaturas. Quarto ex primordialibus semib; non incognite oritur nature. sed note sepius ne pereant reformantur.

**I**sidorus et beda mystice. Primordia generis humani. quibus in ista luce frui cepit. bene comparantur primo diei: quo deus lucem fecit. et hec etas tanquam infantia deputanda est ipsius universi seculi: quod tanquam unus homo etatem agit infantia. Hec protenditur ab adam usque ad noe generationibus. x. Quasi vespere huius diei fit in diluvio: quod et infantia nostra tanquam oblivionis diluvio delet. Incipit mane secundi diei a temporibus noe tanquam puericia: et tenditur hec etas usque ad abrahā alijs generationibus. x. Et bene comparatur secundo diei quo factum est firmamentum inter aquā et aquā. quia et arca in qua erat noe cum filijs. firmamentum erat inter aquas inferiores. in quibus natabat: et superiores quibus compluebatur. hec etas diluvio non deletur: quia et puericia nostra

nō obliuione tergitur de memoria. meminimus em̄ nos pueros fuisse: infantes nō meminimus. huius vespera ē confusio linguarū in eis qui turrem facebāt. et fit mane ab abraā. Sed nec ista etas secūda generauit populū dñi: quia nec puericia apta est ad generandū. Incipit mane diei terciū ab abraam: et succedit terciā etas silis adoleſcētis. Et bene comparatur diei terciū. i. quo ab aq̄s terra separata est. Ab omnibus em̄ gentib⁹. quoz error instabilis: et vanis simulacroz doctrinis quasi ventis omnibus mobilis (qd̄ bene significat maris noīe) fidelis populus pulsatur: ab hac ergo gentiū vanitate. et hui⁹ seculi fluctibus separatus est populus dei per abraam: tā q̄s terra. cum apparuit arida. i. sitis imbrē diuinoz mādatoz. Qui populus vnū deū colendo. tanq̄s irrigata terra. vt fructus vtilis posset afferre: sanctas scripturas et p̄phetias accepit. Hec enim etas iāz potuit generare filium deo: q̄ et terciā etas. i. adoleſcētia. iam filios habere potest. Et ideo ad abraā dictū est. Patrē multaz gentiū posui te. vt augeā nimis valde. et ponā te ī gētes. et reges ex te erūt: et ponā testamētū meū inter me et semē tuū post te: generatōes coz in testamētū eternū: vt sim tibi deus: et semini tuo post te. terrā in qua habitas. oēs terrā chanaan in possessionē eternā: et ero illis de⁹. Hec etas porrigit ab abraam vsq̄ ad dauid quattuordecim generationibus. Huius vespera est in peccatis populi. q̄ bus diuina mādata p̄teribāt. vsq̄ ad maliciā pessimi saulis. Deinde mystice fit mane quartē diei regnū scz dauid. hec etas similis est iuuentuti: et reuera inter oēs etates regnat iuuentus: et ipsa est ipsam firmamētū oim etatū. ideo bene cōparat quarto diei. in quo facta sūt si dera celi in firmamento. Quid enim euident⁹ significat regis eminentiā q̄ splendor solis. et plebis obtēpantiam lunę splendor ostēdit. tanq̄s synagogā ip̄am: et stelę p̄ncipes eius. et omnia fundata in stabilitate regni tanq̄s ī firmamento. Huius quasi vespera est in peccatis regū. quibus illa gens meruit captiuari. Fit deinde mane quīte diei trāsmigratio in babilonē: cum in captiuitate populus leniter in pegrino ocio est collocat⁹. Et porrigit hec etas vsq̄ ad aduētū christi hiesu dñi nostri. i. quīta etas scdm̄ quā est declinatō a iuuentute in senectutē. nondū quidē senectus. sed iam nec iuuetus: quia senioris etas est. quā greci presbyten vocant: nam senex apud eos nō senex. sed geron dicit⁹. Et reuera sic ista etas a regni robore est inclinata et fracta in populo iudeoz. quē admodū homo a iuuentute fit senior. Et bene cōparat illi diei quīto. quo facta sunt animalia in aq̄s. et volatilia celi: post q̄s celi homines inter gentes tanq̄s in aquis cōperunt uiuere. et habere incertam sedem et instabilem. sicut aues volantes. Sed plane ibi erāt cetę. i. magni homines: qui magis dñabāt fluctibus seculi q̄ seruiret in illa captiuitate. Non em̄ ad cultum ydoloꝝ aliquo terrore deprauati sunt. Vbi sane animaduertēdū. q̄ bñdixit de⁹ illa animalia dicens: Crescite et multiplicamini. et replete aq̄s maris: et volatilia multiplicent sup̄ terrā. Quia reuera gens iudeoz. et quo dispersa ē per gentes. valde multiplicata est. Huius diei. hoc est huius etatis quasi vespera est multiplicatio peccatoꝝ in populo iudeoz: q̄ sic extēcati sunt: vt deum et dominū nostrū hiesū christum non possunt cognoscere.

**M**ystice. Mane. vi. diei fit predicatio euangelij per hiesum. et finito die quīto. id est. quinta etate. incipit. videlicet senectus veteris hominis. in qua homo min⁹ potens est. et quasi ad extremū vitę tēdit. Et hoc etiā apparet: quia illud carnale regnū iam est vebemēter attritū: quādo et templū dei deiectū est. et sacrificia cessauerūt. Et nūc ea gēs. quantū ad regni vires attinet: quasi extremā vitam trahit. In ista tamē etate. tanq̄s in senectute veteris hominis. homo nouus nascitur: qui iam spiritualiter uiuit. Sexta em̄ etate siue die dictū est. Producat terra animā uiuentē. Quā quinta die nō dictū erat. producant aq̄s animā uiuentē. sed reptilia animarū uiuaruz. Quomodo em̄ corpora sunt reptilia: sic tūc adhuc etiāz corporali circūſione et sacrificijs. tanq̄s in mari gentium

populus ille seruibat. Istam vero aīam vinā dicit: quā vitam iam incipiūt eternā desiderare. Serpentes ergo et pecora quę terra pducit: gentes significat iam stabilitate credituras euangelio. de quibus dicit et illud quod petro demonstratū est in actibus apostoloꝝ. Facta et manduca. et cū ille immunda diceret. responsum est illi: Quod deus mūdauit: tu cōmune ne dixeris. Tūc fit hō ad imaginē et similitudinē dei: sicut in ista etate sexta nascit⁹ in carne dñs noster. de quo dictū est p̄ p̄phetam. Et homo est: et quis cognosceret eū. Et quē admodū ī illa die masculus et femina cōiuncti sunt. sic et in ista christus et ecclesia. Et p̄ponitur homo illa die pecoribus. serpenti. bus. et volatilib⁹ celi: sic et ī ista etate christus regit animas sibi obtēperantes. quę ad ecclesiā eius partim p̄ populo iudeoz. et partim ex gētib⁹ uenerunt. vt ab eo domitē māſuſcerent: homines scilicet vel carnali cōcupiscētię dediti sic pecora. vel tenebrosa cu. iolitate obſcurati quasi serpentes. vel elati superbia. quasi aues. Et sicut ī illa die pascitur homo et animalia quę cū ipso sunt herbis seminalibus. et lignis fructiferis. et herbis uiridib⁹: sic in ista etate homo quicūq̄ bonus est minister xp̄i et eum bene quantū potest imitat⁹: cū ipso populo spiritualiter pascitur sanctarū scripturarū alimentis. et lege dei partim ad cōcupiscendū scđditatē ratōnū atq̄ sermonuz tanq̄s herbis seminalibus: partim ad utilitatē moruz. et conuersationis humane tanq̄s lignis fructiferis. partim ad vigorē fidei. spei. et charitatis in vitā eternā. tāq̄s herbis uiridibus: quę nullo estu tribulationū possunt areſcere. sed spiritualis sic pascit⁹ istis alimentis. vt multa intelligat carnalis autē. i. paruulus in christo. tanq̄s pecus dei. vt multa credat. quę intelligere nōdū potest. tamē eosdem cibos omēs habent. Huius autē etatis vespera est. de qua dñs ait: Putas uenies filius hominis iueniet fidē super terrā. Post illā uesperā fiet mane: cum ipse dñs in claritate uenturus est. Tunc requiescēt cū christo ab omnibus openibus suis. hi quibus dictū est. Estote perfecti. sicut pater uester qui in celis est. Tales enim faciunt opera bona. valde. post talia em̄ opa speranda est requies in die septimo. quę uesperā nō habet. Nullo ergo modo potest dici quē admodū fecerit deus celū et terram et omnē creaturā quā cōdidit: sed ista expositio per ordinem dierū sic indicat quasi hystoriā rerū factarū: vt p̄dicatōnē futuroꝝ maxime obseruet. Si autē aliquē mōnet. q̄ in istis etatibus seculi duas etates primas uenis generationibus aduertimus explicari: Tres autē p̄sequētes singulę quattuordecim generationibus p̄terunt. Sexta vero ista nullo generationū numero diffinita sit: facile est uidere etiā in vnoquoq̄ homine duas primas etates infantia et puericia: corpis sensibus ibytere. q̄ sensus corporis quinq̄ sunt. uisus. audit⁹. gustus. olfactus. et tactus. Quinarius autem numerus duplicatus (qm̄ duplex est sexus humanus. unde generatōes tales existunt masculin⁹ et feminin⁹) denariū numerū facit. Iāz vero ab adoleſcentia et deinceps. ubi ratio incipit in homine p̄ualere: accedit quinq̄ sensibus. cognitō et ratio. quib⁹ uita regitur et administrat⁹: vt iam septenarius numer⁹ esse incipiat: qui similiter duplicat⁹. xiiij. generatōibus eminet et apparet. Quas habēt tres etates cōsequētes. adoleſcentis scilicet iuuenis et senioris. Senectutis uero etas. sicut in nobis nullo statuto ānoꝝ tempore diffinit⁹ sed post illas quinq̄ quāto q̄sq̄ uixerit. senectuti deputat⁹. sic in ista etate seculi nō apparent generationes diffinitę vt occultus sit ultimus dies: quem utiliter dominus latere oportere demonstrat.

**M**ystice igitur perfecti sunt celi zc. Quia p̄ illorū quasi. vi. dierum opa bona. valde speret homo quietez perpetuā. et intelliget quid sit. Requieuit deus septima die ab omni opere suo: q̄ et ipse in nobis hec bona operatur. qui vt opamur iubet. Et recte ipse requiescere dicitur: quia post hec omnia opera nostra requie nobis p̄stabit. Quomodo em̄ recte paterfamilias dicitur edificare domū: cū vt edificent operarij sui iubet. et requiescere cum post perfectionem fabricę illis quibus imperabat.

permittit vt vacent: et iocundo ocio perfruantur.

**I**sidorus. Moralit. Dabet vnusquisq; nrm in nris operib; et recta vita tanq; distinctos istos sex dies. p quos debeat qetē spare. Primo die lucē fidei. qn pū mū visibilibus credit: ppter quā fidē dñs visibiliter app parere dignatus ē. Secūdo die factum est tanq; firma mentū disciplinē. qd discernit inter carnalia et spūalia opa: sicut firmamentū inter inferiores aquas et superiores. Tercio die quo mentē suā ad pferēdos bonoz ope rū fruct; pparat et erigit. separata em labe et fluctib; tē tationū carnaliū. tanq; aridam terram habet. mētē vī delict tanq; a purbationibus maris: vt iā possit dice re. Mente seruo legi dei: carne aut seruo legi peccati.

**I**dem mystice. In principio fecit deus c. et t. Spū tiales. qui celestia meditant. et terrā. i. carnalē. terrenū hoīem imitantes. Terra aut erat ianis et vacua. hoc est caro nostra. anteq; doctrine accipiat formam. Tenebz; erant sup facie a. quia peccati obscuritas. et ignorantie cecitas tegebat corda nostra. Spirit; dñi ferebat sup aquas. hoc ē. sup cor tenebrosū et fluidū. vt i spiritu sub sistentes requiesceremus: et statu ei; viuificaremur. cui; vnda abluimur. Dixit quoq; deus. Fiat lux. i. appareat illuminatio fidei. Primo em die lucem fidei dedit: qā prima est in conuersione fides. vnde primū mādatū est. Dominus deus tu; vnus ē. ppter hanc fidem christus visibiliter apparuit. presētie sue gratia diuidēs lucē. i. filios dei q; et lucis. a tenebz;. i. peccatorib;. hos appella uit diem. illos noctē. vnde. Fuitis aliquando tenebz;. nunc autem lux in domino.

**D**ie secūda posuit firmamētū. sanctas. s. scripturas i ecclesia. de quibus dicitur. Celū sicut liber plicabitur. hoc firmamētū discernit aquas. i. populū angeloz; qui bus nō est necesse vt in lectione audiant verbū dei. S; illud firmamētū posuit in sublime super infirmitatē ife riorū populoz; vt suspiciētes in eo cognoscant qualiter discernant inter carnalia et spūalia. quali inter aq; superiores et inferiores.

**D**ie tertia cōgregauit aquas inferiores et salvas. infi deles. s. cōcupiscentiarū et tentionū fluctibus sese qua tientes. et segregauit ab eis aridā. i. fideles. fontem fidei sitientes. Infideles vero coarctat: ne iniquitatis sue fluctibus aridā. i. animā sitientē deū conturbēt: sed liceat ei germinare fructus bonoz operū: et diligere primū. vt habeat in se semē secūdū similitudinē suam: vt. s. et sua infirmitate compatiat alij indigēti. producat lignū forte et fructiferū. i. beneficū: eripiēdo opprelluz; et pgeben do ei protectionis vmbraclum.

**D**ie quarta micruit luminaria in firmamēto celi. i. legisdoctores scripturę sanctę inherētes. et inferiorū lum mē sapientię demonstrātes. Prodiit quoq; siderū tur ba. i. virozū doctoz; s; et legalperitoz; numerositas. q; in huius vite nocte fulgētes. diuidāt scripturę sensibilia et intelligibilia. q; inter lucē perfectoz; et tenebras pecca toz; facientes signa virtutū et miraculoz; que sunt in tē pora et ānos: quia ppijs temporib; viuunt et transeunt verbū aut dñi in eternū manet. Bene aut terra germi nauit primo: et postea facta sunt luminaria. q; p bona opera venit illuminatio. qua videt spēs supne xitāt.

**D**ie quinta facta sūt in aquis reptilia aimarū. i. viarū. i. homines in vitā reuocati p sacramētū baptisimī. facta sunt volatilia. i. anime volantes ad supna.

**S**exta die pduxit terra animā viuā: qn caro nostra ab operibus mortuis abstinet. viuā virtutum germina parit: secūdū genus suū. i. vitā imitando sanctorū. vnde Imitatores mei estote zc. Secūdū genus nostrū viuū mus. quādo sanctos quasi primos imitamur. Produ cit terra bestias. i. homines ferocitate superbientes: et pe cora. i. simpliciter viuētes. et serpentes astutos. s. et bonū a malo discernētes. et quasi reptando scrutātes terrēna per que intelligāt celestia. Post hęc fecit deus hominē ad imaginē et s. s. virū s. perfectū. qui ipsam veritatem contēplando opat iusticiā. Hic accipit potestātē pisciū maris et volatiliū celi: pecoz; ferarū. atq; repentū: quia

spūritualis similis deo factus omnia iudicat. et ipse a ne mine iudicat. Masculū et feminā c. e. quia sicut viro mu lier. sic spūrituali et perfecto viro minus perfect; obedire debet. dicit em eis: Crescite et multiplicamini et r. t. In spūritualibus. s. donis. vt ratio dominet carnī. q; in sen lato animanti. et purbationibus eius. Per herbā semi nalem et lignū fructuosū in escam hominib; datū. itel ligimus oblationes sanctorū. Vnde paulus. Semina numus spūritualia vobis. magnum est si carnalia ve stra metamus.

**Aug.** Cū in diuina scriptura de paucis verbis plu res intellectus veri et catholici habent. illū diligam; ma xime. quē constat scriptorē sensisse. vel quē nō ipedit cir cūstantia scripturę: si cōuenit cum sana fide: aut saltem quem sana fides prescribit.

**Aug.** Siqua obscura legimus. que possunt sane va rijs exponi sententijs: nullā precipitant affirmemus: ne forte velim; eā esse scripturę sententiā que nostra est: cū potius scripturę sententiā debeamus facere nostraz.

**Aug.** In narratōne rerū gestarū. non oīa s. d. m. figu ralem tantū intellectū accipim;: sed quedā s. d. m. fidem rerum gestarū asserenda et defendenda sunt. Augren dum ergo est quomodo ppter allegoricā significatiōē dictū sit. In principio creauit deus c. et t. In principio s. temporis. vel quia primo facta sunt. vel in principio. i. filio dei. qui ait: Ego principii. qui et loquor vobis. Celū et terrā spūritualē corporalēq; creaturā intelligūt. vel corporalē tū. per celum superiorē. per terrā inferiorē. vel vtriusq; informis materia dicta est celū et terra. Spi ritualis em vita sicut in se est. non conuersa ad creatores informis est. Conuersa vero ad eū formatur. Corporalis aut per priuatōnē omnis corpore; qualitatis. que appa ret in formata materia. Vel celū est creatura spūritualis que ab exordio quo facta est et pfecta. et beata semp est. Terra vero corporalis materies adhuc impfecta: quia terra inquit erat inuisibilis et incōposita zc. Vbi videt informitātē significare corporalis substantię. Vtriusq; tū informitas hic significari potest: Corporalis in eo quod dictū ē. Terra aut erat inuisibilis et incōposita. Spūa lis aut in hoc. Tenebz; erant super faciem abyssi. vt aby ssum tenebrosam naturā vite informē itelligamus: nisi ad creatorē. ouertatur: in quo solo formatur et illuminat ne sit tenebz; vel abyssus.

**Querendū est.** quomodo de; cuncta simul condidit: dum idē moyses ex. diēri mutatione variante distincte creata describit. Sed rerum simul materia creata est. si mul vero formata p species non est. et qd simul extitit p substantiā materię. nō simul apparuit per speciē formę. Cum em simul factū celū terraq; dicit. simul spūritualia et corporalia. et quiddā de terra pducitur. simul facta in dicatur. Sol. luna. et sidera quarto die i celo facta pbi bētur: sed qd quarto die pcessit in specie: primo diei celi substantia extitit p conditionē. Primo die terra creata dicit: tercio arbusta cōdita et cuncta terre viretia descri bantur. Sed qd die tercio in specie; prodijt: prima die in ipsa terre substantia conditū fuit. Hic moyses distincte per omnes vel singulos dies omnia condita retulit: et tamē omnia simul creata subiunxit dicens: Iste sunt generatō nes celi et terre. qn create sunt in die quando deus fecit c. et t. et omne virgultū agri anteq; ouertur in terra. omnē q; herbā regionis. Qui em diuersis diebus creatū celū. terraz. virgultū. herbāq; narrauerat. hic vno die facta manifestat. vt ostenderet. q; omnis creatura simul p sub stantiā extitit: que nō simul per speciē pcessit. vñ. Crea uit deus hoīem ad imaginē et s. suā. Ad imaginē crea uit illū: masculū et f. e. Femina nōdū facta. iam homo masculus et femina pbi betur. sed quia ex adā latere erat pcessura: in illo iam cōputatur p substantiā: a quo fue rat producēda p formā. In minimis quoq; licet hęc pbi derare. herba em cū pdit et formatur: nōdū in illa fructus necdum fructus sui semen ostenditur. in est tamen ei fru ctus et semen: quia simul sunt in radice substantię. que nō simul procedunt per temporis incrementa.